UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Brandano ep[iscop]o. Cap[itulum]. cxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

troitu porte a turba compreſſus exſpirauit.
¶ Dis ⁊ alijs multis ⁊ magnis miraculis heli
ſeus clarens in pace quieuit. xviij. kalē. iulij.
Prophetauit autē ⁊ claruit ſub iorā ⁊ hieu ⁊
ioachaz regibus iſrael in ſamaria. Cum autem
quidam latrunculi moabite hominem mortuū
ſpoliaſſent: ⁊ cadauer in ſepulchro heliſei pro⸗
ieciſſent: cum tetigiſſet oſſa heliſei cōtinuo ſur
rexit. Sepultus eſt autē in ſamaria paleſtine
quam ſebaſtē. i. auguſtam in honorem auguſti
herodes poſtmodum vocauit: vbi ⁊ abdias pro
pheta ⁊ iohannes baptiſta requieſcūt. Ad quo
rū ſepulchra varia miracula fiunt: vt dicit Hie
ronymus libro de vita paule. Adeo vt cruciati
demones ibi rugiant: voces diuerſorum anima
lium pretendentes. Alij cernunt rotare caput:
⁊ poſt tergum terram vertice tangere. Alij ſu⸗
ſpenſis pedibus eminus veſtes in faciem de⸗
fluere: vbi ⁊ in monte vicino dire videntur ſpe⸗
lunce: in quibus ⁊ famis ⁊ perſecutionis tem⸗
pore abdias centum prophetas pauit pane et
aqua. Hec ex libro. iiij. regum capitulis quibus
ſupra ex dictis ioſephi ⁊ hieronymi: ⁊ ex hiſto
ria ſcholaſtica.

¶ De ſanctis Rufino ⁊ Ualerio martyribus. Cap. cxvi.

Rufinus ⁊
Ualerius mar⸗
tyres tpe Dio⸗
cletiani ⁊ Maxi
miani paſſi ſunt
in territorio ſueſſioneñ. ſub ꝑ⸗
ſide rictiouaro. Qui igreſſus
ciuitatem remis ſanctos detē
tos ⁊ ſacrificare contēnentes
magno ferri pondere preſſos
ſueſſionū adduxit. Ibiq̄ eos iuſſit equuleo ſu⸗
ſpendi: ⁊ plūbatis cedi. Deinde in carcere ma⸗
cerari: vbi angelica viſitatione confortant ⁊ co⸗
rone de ſmaragdo celitus miſſe eorum capiti⸗
bus imponuntur. Inde educti dum in Chriſti
confeſſione perſiſterēt immobiles: iuxta flumē
indole decollati ſunt. Quorū corpora dum chri
ſtiani ad remenſem ciuitatem deferre vellent
de loco in quo decollata fuerāt nullatenus mo⸗
uere potuerunt. Ibiq̄ ea ſepelierūt. Qui paſſi
ſunt. xviij. kalendas iulij.

¶ De ſancto Brandano epo. Cap. cxvij.

Brandanus epiſco
pus cum eſſet abbas apud bri⸗
tānias. Poſtq̄ ei barinthus ret
tulit: q̄ cum filio ſuo moroch
oceanū perluſtrans paradiſum
terreſtrem inuenit: deſiderium
ei emicuit: vt locum ipm requireret. Habebat
autem tria milia monachorum de quibus. xiiij.
tm̄ accepit et naui conſcenſa que audierat vi⸗
dere perrexit. Quem nauem intrantem tres
fratres ſecuti ſunt. Et q2 nō vocati venerāt eos
nūq̄ redituros prenūciauit. Inuenit aūt prio
inſulā altaz: in cuius portu ſibi canis occurrit:
quē illi ſequētes oīa ſibi neceſſaria inuenerūt:
⁊ theſauros multos ibidē conſpexerūt. Quoꝝ
concupiſcentiā brandanus ꝓhibuit. Sed dum
tertio die diſcederet: quidā ex illis tribus fra⸗
tribus qui frenū argēteū acceperat: poſtq̄ pe⸗
nitēs peccatum confeſſus eſt ſubito exſpirauit.
Iuuenis quoq̄ alias inuiſus eiſdē cophinum
panis ⁊ vas aque in naui poſuit: ⁊ nuſq̄ compa
ruit. In cena dn̄i ſubſequenter ad aliā inſulaz
appulerunt. Inuenerūtq̄ hoſpitē eos deuia te
nēda docentē ⁊ neceſſaria miniſtrantē. Sabba⸗
to inueniunt piſcem ingentē nomine iaſonem
quē inſulā exiſtimantes deſuper deſcēdentes
ignem accenderunt: dūq̄ piſcem ſe mouere ſen
tirent ad nauē repente cōfugientes vix euaſe⸗
runt: piſce ſe cōtinuo mergēte. Die paſche de⸗
ueniūt ad inſulā vbi aues candidas aſpiciunt:
alas ⁊ voce ſonantes: quarū vna voce humana
locuta dixit ſe fore de angelis qui de celo ceci⸗
derant: ſed modicum culpā cōmiſerant. Ibiq̄
vſq̄ ad octauas penthecoſtes permanſerunt.
Abinde nauigātes in natiuitate dn̄i ſubſequē
te ad inſulam ſanctorū patricij ⁊ libei deuene⸗
runt: vbi cū. xxiiij. patribus ibi repertis in eoꝝ
eccleſia habente altaria cryſtallina feſta dn̄ica
celebrarunt: indeq̄ poſt epiphaniam diſceſſe⸗
runt. Sicq̄ cōtinue per ſeptenniū per mare di
ſcurrendo in predictis feſtis ſemper ad eadez
loca redibāt. Quibus tēporibus multa ab eis
ſtupenda viſa ſunt. Beſtia eni maxima eos ab⸗
ſorbere volens ab alia maiori deuorat: ⁊ de reli
quijs carniū comederūt. Inde venerunt ad in⸗
ſulam virorum fortium: vbi ſenex et pueri dn̄o
ſeruiebant a quibus gratāter excepti: dū abire
vellēt: ſcdm ex tribus fratribus ex incuria dor
mientem dimiſerunt. Inuenerūt ⁊ inſulam: in
qua erant botri vue inſtar amphore magne per
maximi: gryphem quoq̄ auē eos rapere volen⸗
tem: auis altera vaſtior interfecit. In feſto vno
ſancti Petri apoſtoli videns abbas piſcium in
numerā multitudinē: iuſſit eos deum laudare:
qui ſuper vndas enatantes vocibus intonare
ceperunt. Uiderunt ⁊ in mari columnā ingen⸗
tem cryſtallinam ſuper baſes aureas: quā cono
peus coloris argentei circūdabat. Inuenerūt
⁊ calicē cuz patena de genere colūne. Uenerūt
poſtmodū ad oſtia inferni: vbi demones egreſ⸗
ſi ſuper eos maſſas igneas iactare nitebantur.
Ubi ⁊ tertius frater in littore deſcendēs a de⸗
monib9 raptus eſt. Inuenerūt ⁊ iudā xpi pro⸗
ditorē ſedentē in mare ſuper lapidē: quē dixit
ſe in hieroſolymis in loco luctuoſo poſuiſſe ꝑ
tranſeuntibus ne in lutum caderent protegen⸗
dis: ⁊ ante eum erant furce ferre: quas dixit ſe
donaſſe ſacerdotibus templi: pannus quoq̄ in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eis pendebat: quem leproſo ad tergendū con-
ceſſiſſe aſſerebat. Inuenerunt hominē: qui lu-
to paſcebatur: capillis opertum. Tandem per
bonum ſuum procuratoꝛem: de quo dictum eſt
ad paradiſum terreſtrem poſt ſeptennium per-
ducti ſunt. Et capientes de fructibus et gem-
mis ibidem repertis: euaſis multis periculis
deo duce incolumes ad propria redierunt. Ubi
Brandanus poſtmodum epiſcopus oꝛdinatus
eſt. Et poſt virtutum merita ad chꝛiſtum migra
uit. viij. kalendas iulij.

¶ De ſanctis Uito Modeſto ⁊ Cre-
ſcentia martyꝛibus. Cap. cxviij.

VItus: mode
ſtus ⁊ creſcentia mar
tyꝛes ſub Diocletia-
no imperatoꝛe in ſicilia marty
rio claruerunt: qui vitus ex lu
ciana prouincia nobili proge-
nie patre hyla ſenatoꝛe proge
nitus: etatis ſue anno xij ad mar
tyꝛij palmam peruenit. Cum
enī pater eius idola coleret:
et vitus chꝛiſtum adoꝛaret: ſepius eū pater ver
berabat: eo ꝙ idola colere nolebat. Demum pa
ter illum modeſto eius nutritoꝛi tradidit: vt ei
ſuaderet: quatenus deos colere ſtuderet. Cui
apparens angelus ipſum confoꝛtauit: ⁊ adhuc
puerum ad coꝛonam martyꝛij animauit. Qui ⁊
in chꝛiſto nomine miracl'a patrare cepit: ⁊ mul-
tos a diuerſis languoꝛibus ſanauit. Quod au-
diens valerianus prefectus pueruꝫ accerſiuit:
et ſacrificare nolentem: cathomis cedi iuſſit.
Brachia autem ⁊ manus verberantium ſubito
aruerunt. Prefectus quoqꝫ manum amiſit: pro
quo tñ vitus oꝛauit ⁊ continuo ſanitatē perce-
pit. Prefectus ergo puerū patri tradidit: et vt
ipm coꝛriperet pſuaſit. Tūc pater vitū in domū
ducens diuerſis muſicoꝝ generibus ⁊ puellarū
luſibus: aliiſqꝫ delitiarū generibus mutare ani
mū pueri ſatagebat. Et cū ipm in thalamo iclu
ſiſſet oꝛnato mirabilis fragrātia inde exijt: que
patrē ⁊ familiā nimio odoꝛe pfudit. Aſpiciēſqꝫ
pater p rimas oſtij ſeptem angelos radiantes
circa infantē cōſpexit: quos deos ſuos eſſe pu-
tauit: ſtatimqꝫ excecatus eſt. Ad cui⁹ vocis cla-
moꝛē tota ciuitas cōmouet̄: ita vt pfect⁹ accur-
reret: ⁊ cur ei hoc accidiſſet: interrogaret. Qui
dicebat ꝙ deos igneos viderat: et coꝝ aſpectū
ferre nō valēs lumē amiſerat. Et cū in tēplum
iouis p recuperādo lumine ductus eēt: ⁊ nihil
pficeret: filiū p ſua ſanitate rogauit: et lumen
ei⁹ pcib⁹ recupauit. Cū aūt nec ſic crederet: ſed
puerū occidere cogitaret. Angelus modeſto et
creſcētie nutritoꝛib⁹ eius apparuit: ⁊ vt nauē
cōſcendētes puerū ad aliā terrā ducerēt impe
rauit. Qui nauiculā pparatā diuinitus inuene
rūt: ⁊ angelo duce vna nocte ad territoꝛiū tana
gritanū puenerūt: et iuxta fluuiū ſilarū ſub ar-
boꝛe quieuerūt: vbi aquila eis cibuꝫ deferebat:
⁊ multa miracula puer faciebat. ¶ Interea fi-
lius diocletiani impatoꝛis a demone arripit̄: ⁊
niſi vitus lucan⁹ veniat: ſe nunqꝫ exire fatetur:
locū qꝫ vbi inueniēdus ſit: ab eodē explicatur.
Uitus ergo querit̄: ⁊ inuētus adducit̄ ad impe
ratoꝛē. Qui ſup eius filiū manū impoſuit: ⁊ pti
nus ab eo demonē effugauit. Cum autem illuꝫ
impatoꝛ ad deoꝝ ſacrificia iuitaret: ⁊ vitus re-
cuſaret: ⁊ cū modeſto ⁊ creſcētia in dirū carce-
rē miſſus eſſet: ſubito ferri molles eis ipoſita
cecidit: et carcer immenſo lumine coꝛuſcauit.
Chꝛiſtus qꝫ ſanctis apparēs illos ad paſſiōis
tolerantiā animauit. Qđ impatoꝛ a cuſtodibus
intelligēs eos eductos in clibanū ignis immi-
ſit: quos tñ ignis oīno nō tetigit: in quo pſallē-
tes hymnū trium pueroꝝ audiunt̄: indeqꝫ illeſi
oīno educunt̄. Tūc leo terribilis ad ſanctos de
uoꝛandos dimittitur: ſed tñ ab eis fidei v̄tute
placatus: coꝝ veſtigijs manſuete pſternit̄. Tan
dem in equuleo eos impatoꝛ iuſſit appēdi: ⁊ in
illo diutius extoꝛqueri. Sꝫ oꝛāte puero vt eos
dn̄s liberaret ſubito aer turbat̄: terra cōcutit̄:
tonitrua mugiūt: templa deoꝝ coꝛruūt: et mul-
tos opprimūt. Impatoꝛ autē territus fugit: et
angelus ſanctos exoluit: atqꝫ fluuium ſilarum
vnde venerāt in momēto repoſuit: vbi oꝛatione
fuſa dn̄o aīas reddiderūt. Quoꝝ coꝛpa ab aq̄-
lis cuſtodita floꝛētia illuſtris femina ſctō vito
reuelāte reppit: ⁊ cū aromatib⁹ in mariano pre
dio ſepeliuit. Qui paſſi ſunt. xvij kal'. iulij.

¶ De ſctō Heſychio martyꝛe. Cap. cxix.

HEſychius
martyꝛ apud meſiā
ciuitatē doꝛoſtoꝛuꝫ
paſſus eſt. Qui cuꝫ
eſſet miles ⁊ beatū iuliū mar-
tyꝛem ⁊ cōmilitonē ad paſſio-
nem comitatus eſſet: vt ſupe-
rius in eius paſſione. vi. kalē.
iunij dictum eſt. Seqꝫ eiuſdeꝫ
decollandi oꝛationibus com-
mendaſſet: eumqꝫ deoſculatus eſſet a gētilibus
tētus et maximo preſidi oblat⁹ in carcere die-
bus pluribus maceratus: tandem in confeſſio-
ne chꝛiſti gladio cedente martyꝛio coꝛonat⁹ eſt.
xviij. kalendas iulij.

¶ De ſanctis Fercolo ⁊ Ferutione
martyꝛibus. Cap. cxx.

FEreolus pꝛeſbyter
⁊ ferutio diaconus in gallijs ci-
uitate biſuntioñ. paſſi ſunt. Qui
a beato hyꝛeneo ep̄o lugduñ. et
martyꝛe ad p̄dicandū verbū dei
miſſi: ſub claudio iudice tētis ad trocleas extē
ti: ⁊ diuti⁹ flagellati: dehic ī carcerē recluſi ſūt: